



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Conivgio Doctrina**

**Wigand, Johann**

**Jhenæ**

**VD16 W 2745**

XII. Ratiocinatio. Ex Dicto Pavli I. Timoth. 5.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36207**

DE CONIVG.

Nibil itaq; hic de coniugij legibus docet  
Paulus, sed omnibus pijs ex æquo instillat do-  
ctrinam de frenanda carne, eiusq; concupis-  
centijs.

Ex hisce intelligetur, Minorem non solum  
fanaticam esse, sed & contumeliosam in præ-  
cepta, de honesto Coniugio esse. Nam si in carne  
vivere, idem est quod in coniugio vivere, nul-  
lum coniugium Deo placere potest, contra tot  
Decalogi præcepta, & alia sacræ scriptura il-  
lustria testimonia.

XII.

RATIOCINATIO.

EX DICTO PAVLI  
I. Timoth. 5.

Adolescentiores Viduas deuita: Cum  
enim lasciuire cæperint aduersus Christum, nu-  
bere volunt, habentes damnationem, quia  
primam fidem irritam fecerunt.

Ergo sacerdotes pontificij, debent adiura-  
re honesta Coniugia, per omnem vitam non  
ineunda.

Respondeo. Quæ est consequentia? Nulla.  
Omnes

SACERDOTVM.

Omnis igitur sani homines, non modo satuitatem in talibus nanis perspicunt, sed etiam Spiritum vertiginosum. Nam cum lex de prohibitione Coniugij inter sacerdotes, non sit a Deo fundata, ideo tam turpiter verbum Dei detorqueatur.

Nihil autem prorsus vox Pauli continet, de Cœlibatu sacerdotum. Deinde fides prima negat in hoc loco, negat usum alibi in sacris literis, significat votum cœlibatus. Neque legitur, si eas viduas voulisse castitatem. Sed hoc reprehendit Apostolus, quod lasciviant contra Christum, Item quod fide in Christum abiecta, revertantur ad iudaismum, infidelium matrimonio se se tangentes, & cura impis fidem mutantes. Necesse est igitur, Pontificios illustriora sacrae scripture testimonia proferre, si velini suam legem de prohibitione Coniugij sacerdotum, tota Ecclesia persuadere.

XIIII.

RATIOCINATIO.

AB EXEMPLIS.

Nullum legitur exemplum in Ecclesia Christi, quod sacerdotes duxerint uxores, licet incho crescentis Ecclesia coniugati viri sint electi in Episcopos.

Aa

Ergo